



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 47. Homisdæ Papæ Moderatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

mitti. Verum Joannes Episcopus & Epiphanius Presbyter, qui adhuc Thes-
salonicæ erant, Legatis Constantino-
poli versantibus miserunt litteras, eos-
que de præsentis rerum statu edocebant
in hunc modum: *Si in pœnam peccatorum nostrorum permittat Deus, ut
Episcopi, qui hinc abducti fuere, ur-
bem Constantinopolim ingrediantur, non
modo ad Imperatoris conspectum perve-
nient, sed etiam in Sedes suas restituen-
tur, tantam enim auri vim secum tu-
lerunt, ut ea non obcæcandis hominibus
solum, sed etiam Angelis sufficere vi-
deatur. Si Civitatem intrent, nobis
absentibus, tot fundent mendacia, ut
calumniari atrocius vel Diabolus non
possit; si enim tanta nobis præsentibus
ausi sunt, quid nobis absentibus non
dicent? itaque ne hominum istorum im-
probitati in nos omnia liceat, efficitur,
ut si coram Imperatore Causa dicenda
sit, nos quoque adsumus, & toti orbi
patefiat, istos in nos innocentes immi-
sisse latrones. Ceterum eos coram Se-
nate convincere possumus, esse perditis-
simos Hæreticos.*

§. XLVII.

Hormisdæ Papæ Moderatio.

Hormisdas Papa tristem hujus Legatio-
nis eventum alia via edoctus, Lega-
tis

Sæculum VI. tis suis scripsit. *Non adeo Populi seditio*
 A. C. 519. ne commoveor, Imperatoris enim erit ar-
 bitrium, quibus videbitur pœnis injuriam
 Regni sui Gloriæ, & Episcopo Catholico
 illatam ulcisci. Quod vero ad nostrum of-
 ficiam pertinet, & maxime vobis cura
 sit, illud est, ut caveatis, ne quisquam se
 convertat causa Religionis non cognita,
 aut conqueratur, se cogi a Principe ad
 profitendam fidem, quam, an vera sit, ne-
 scit. Cum igitur Episcopus Thessaloni-
 censis Doctrinam vestram recipere nolue-
 rit, petite, ut eum Imperator Romam mit-
 tat, a Sacra Sede edocendum, ubi etiam
 ipsius circa fidem dubia a nobis solvenda
 sunt. Si doceri recuset, palam facit, quo
 Spiritu ductus Dei præcepto, & exemplo
 Principis repugnet. Cum eo Imperator
 etiam Aristidem Presbyterum ad nos mit-
 tat necesse est. Hæc epistola 13. Octobr.
 anno 519. data est. Postea Papa acce-
 ptis Legatorum Litteris iterum rescripsit
 13. Dec. 519. comperisse se, ait, jussisse
 Imperatorem, ut Dorotheus Constanti-
 nopolim perduceretur, mandatque, ut
 ipsum deponi postulent, & prohibeant,
 ne in ejus locum Aristides Presbyter suf-
 ficiatur. Dorotheus ex Mandato Impe-
 ratoris interim Heracleam perductus est,
 donec ipsius Causa ageretur. Legati
 Pontificii secundum Mandata, quæ acce-
 perant, petierunt, ut unacum Presby-
 tere

p. 1510.

Ep. 63.
 Sug. Germ.
 p. 1522.

tero Aristide Romam deveheretur, Do-
 ctrinam Catholicam edocendus. Re-
 spondit Imperator; non esse rationi con-
 sentaneum, ut illo mitterentur, cum
 enim ipsorum Accusatores ibi non essent,
 facilius objecta negaturos. Ecce vero!
 inter hæc Dorotheus subito Heraclea in
 Sedem suam remittitur, omnibus inexpectatæ
 mutationis causam ignorantibus.
 Id Legati ad Papam perscripserunt, si-
 mulque, Festum futurum Paschale, de-
 quo dubitabat, in decimum tertium Kal.
 Maji, id est, 19. Aprilis incidere. Post
 hæc Imperator Dorotheum compulit,
 ut Legatos Ecclesiæ suæ Nomine Romam
 mitteret, qui Papæ satisfacerent. Do-
 rotheus ad Papam Epistolam dedit in
 speciem officiosissimam; affirmabat, se
 propriæ vitæ periculo Joannem Episco-
 pum defendisse, idque ex Actis probari
 se absente conscriptis. Papa dato Re-
 sponso significabat, sibi bonis verbis illu-
 di non posse, nec Dorothei errata alio
 modo corrigi, quam si aliorum exempla
 secutus ad unitatem Ecclesiæ rediret.
 Hæc epistola 29. Octobr. anno 520. da-
 ta. Papa deinde hujus Causæ examen
 Episcopo Constantinopolitano reliquit;
 ipse Schisma componeret, si Thessaloni-
 censes, quæ debebant, fecissent. Ita Papa
 hac de re loquitur in sua Epistola ad Epi-
 phanium Constantinopolitanum septimo

Sæculum VI.
 A. C. 519.

to. 5. Conc.
 p. 155.

to. 4. p. 1539.

Sæculum VI. Kal. Aprilis Valerio Consule id est 26.
 A. C. 519. Martii anno 521. data.

§. XLVIII.

Quæstio Monachorum ex Scythia.

Illo tempore quo Hormisdæ Papæ Legati
 Constantinopolim pervenerant, Dispu-
 tatio fervebat circa illam Propositionem:
 Unus ex Trinitate crucifixus est. Pro
 affirmativa pugnabant Monachi ex Scy-
 thia, quibus Comes Vitalianus patroci-
 nabatur. Eorum Monachorum aliquis,
 cui nomen Leoncius, se Comiti affinita-
 te junctum dicebat. Ceterum Joannes
 Maxentius inter Ceteros Eruditione emi-
 nebat. Hi Monachi aliquos suæ Provin-
 ciæ Episcopos, & inter alios Paternum
 Tomitanum accusabant; item Diaco-
 num, cui nomen Victor, quod in Fide
 erraret, & Libellum contra ipsum Lega-
 tis Papæ Episcopo Constantinopolitano
 obtulerunt. Habemus Libellum Lega-
 tis traditum; queruntur Monachi accu-
 sari se, quod Fidei aliquid addant, cum
 Patrum opiniones contra Concilii Calce-
 donensis hostes docerent. Fidei suæ ex-
 positionem de Incarnatione & Gratia tra-
 dunt, & Legatorum Judicio submitunt.

Ubi de Incarnatione agunt, præpri-
 mis Nestorium & Theodorum Mopsue-
 stensem refutant. Contendunt, istos ef-
 ficacius erroris convinci non posse, quam
 dicen-

Sug. Diosc.
to. 4. Conc.
p. 1612.
p. 1519.
Sug. Germ.
p. 1514.

Bibl. PP. to.
4. p. 534.